

Tragoge in  
Linguae Arabicae

De 316









ISAGOGE  
in,  
LINGVAM  
ARABICAM

*Ad ductum.*

Thomæ Erpenii, & Maronitaru  
e monte Libano, Gabrielis Sionitæ  
& Ioannis Hefronitæ, &c.  
facta.


*Auctore Ch. Cellario*

---

M DC LXXVIII.



Edwardus Pococke, Oxoniensis,  
Orat. de Poesi Arabica.

**M**onent ipsi Arabes, esse Gram-  
maticam  Discipli-  
narum sal, cuius nimia aspersio, cau-  
dum est, ne palatum exulceret.



# Literarum Arabicarum.

Forma.		Nomen.	Valor.	
Simplex.	Connexa in medio.	Finalis soluta.	Finalis connexa.	
ا	ا	ا	Eliph	ℵ
ب	ب	ب	Be	β
ت	ت	ت	Te	τ
ث	ث	ث	Thse (The)	℥ blasum. (θ)
ج	ج	ج	Gsim (Gim)	ϸ Gall. al. G
ح	ح	ح	Hha	η
خ	خ	خ	Cha	χ
د	د	د	Dal	δ
ذ	ذ	ذ	Dhfal (dhal)	℥ blasf. (al. δ)
ر	ر	ر	Re	ρ
ز	ز	ز	Ze (Zain)	ζ
س	س	س	Sin	σ
ش	ش	ش	Schin	sch
ص	ص	ص	Sad	ϣ (ff)
ض	ض	ض	Dad	ϣ blasf. (D)
ط	ط	ط	Ta	τ
ظ	ظ	ظ	Da	δ
ع	ع	ع	Ain	ν
غ	غ	غ	Gain	g
ف	ف	ف	Fe	f
ق	ق	ق	Cquaf	p
ك	ك	ك	Kef	κ Ϸ
ل	ل	ل	Lam	λ
م	م	م	Mim	μ
ن	ن	ن	Nun	ν
و	و	و (consona)	Wau	ω
ه	ه	ه	He	η
ي	ي	ي	Ie	ι
			A	

Sunt

Sunt & alia quaedam earundem literarum figura, nempe — est  $\text{و}$ , &  $\text{ش}$ , sed hæc rarius usurpantur.  $\text{ف}$  finale sæpe reflectitur ita  $\text{ف}$ , præsertim in Particulis  $\text{في}$ , id est  $\text{في}$  id est  $\text{علي}$ ,  $\text{في}$  id est  $\text{علي}$  vel  $\text{هي}$  &c.

Lam se ad *Elif* accommodat extra connexionem ita:  $\text{لا}$  vel  $\text{لا}$ ; in connexionem hoc modo  $\text{لا}$ : Pariter ad  $\text{د}$  nempe  $\text{د}$  quod idem est, ac  $\text{د}$ : & ad *Mim* sic  $\text{م}$ , & in connexionem  $\text{م}$ : & ad  $\text{ك}$  hoc modo  $\text{ك}$ , id est,  $\text{كل}$  &c.

*Mim* circulari & rotundo ductu pluribus accommodatur literis, e. g.  $\text{م}$ ,  $\text{و}$ ,  $\text{ك}$  & connexum  $\text{م}$ ,  $\text{و}$ ,  $\text{ك}$ ,  $\text{م}$ ,  $\text{و}$ ,  $\text{ك}$ ,  $\text{م}$ ,  $\text{و}$ ,  $\text{ك}$ , &c. quibus in fine cauda, addi potest h. m.  $\text{م}$ ,  $\text{و}$ ,  $\text{ك}$ , &c. Dilatantur ornatus causa quaedam literæ ad spatium complendum, vt  $\text{ا}$ ,  $\text{ب}$ ,  $\text{ن}$ ,  $\text{ل}$ , & reflexum  $\text{ي}$ , vt  $\text{في}$   $\text{في}$  Aliis quoque literis interponi potest lineola, vt  $\text{ا}$  &c.

Literæ  $\text{ح}$   $\text{ح}$   $\text{ح}$  tam in fine, quam in medio, præcedentes literas connexibiles vel attollunt, vel superne connectunt, vt  $\text{لحم}$ ,  $\text{مع}$ ,  $\text{لنج}$ ,  $\text>هالح$ , etiam  $\text{بح}$   $\text>ح}$   $\text>ح}$  &c.

Ex sinistra parte inconnexibiles sunt sequentes  $\text{ا}$   $\text{و}$   $\text{ن}$   $\text{ر}$   $\text{د}$   
Etiam  $\text{ي}$  finale varias connexiones præbet, vt  $\text{ي}$  i. e.  $\text{لي}$  i. e.  $\text{لي}$ ,  $\text{ني}$ ,  $\text{ي}$  i. e.  $\text{ني}$ ,  $\text{ي}$  i. e.  $\text{لي}$  &c.

## Potestas Literarum.

Quaedam literæ sunt dubiæ pronunciationis, vt supra in  $\text{ن}$   $\text{ن}$  &  $\text{ض}$  notauimus: prior ibidem valor est Erpenii; posterior Maronitarum.

$\text{ن}$  ante  $\text{ب}$  sonat *M*, vt  $\text{عنبر}$  *ambaron*: ante  $\text{و}$   $\text{ب}$  sonat *M*, vt  $\text{لوصبر}$  ante  $\text{ب}$  sonat *M*, vt  $\text{ميرابن}$  *mirrabin*, quod manuscripti libri rubra litera superscripta significant.

Diuis



Dididuntur etiam literæ in XIV. Solares, ن ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ن  
Dentales & Linguales, *Darleneth* & *Zaszerasch*: & totidem  
*Lunares* reliquas: quæ diuisio necessaria est ad lectionem Ar-  
ticuli *ال*, nempe si hic Articulus dictioni præfigitur, cuius  
prima litera est vna ex Solaribus, debes in scribendo Wesla  
ponere super Elif, & Tes did super Solarem: in legendo au-  
tem totum Articulum absorbere, & Solarem duplicare. e. g.

نَامُوسُ الرَّبِّ namuso-rrabi, i.e. *lex Domini*. Ante Lu-  
narem initialem solum ل in Articulo pronunciat, sed sine  
Vocali, v. g. عَلِيُّ الْمَرْجِ ala-lmargi *super prato*, Psal. 23, 1.

& finale, si superne duo puncta recipit, (qualis fere est  
terminatio Fœminina) pronunciat, vt T. e. g. مَدِينَةٌ  
Medinaton, *civitas*, مَكَّة Meccato, *urbis nomen*.

## Vocales.

Vocales tres sunt

أ Fatha A

ي Kefre E (I in fine & ante ي)

و Damma O (U ante و quiescens)

Hic valor est ex sententia Maronitarum, Gabrielis Sio-  
nitæ & Ioannis Hefronitæ, qui Erpenium notant, quod Fatha  
per E saepe pronunciet: His respondit ipse Erpenius in *Hi-*  
*storia Iosephi præfixo Alphabeto Arabico*. Scilicet id voluit do-  
ctissimus Erpenius, vt Fatha (Fätha) A clarum sonet, & Dam-  
ma O purum, cum ponuntur supra vltimas dictionum literas,  
aut supra ط ظ غ ع ت, & Fatha A circumflexum, si  
in Eliph quiescat; in ceteris Fatha ad E; Damma ad U incli-  
net, e. g. كَلْبٌ Kelbon, *cor*: كُفْرٌ kufron, *inside-*  
*litas*.

*litas.* Sed tironibus puto sufficere posse Maronitarum sententiam, ad quam & Cl. Hottingerus in *Gram. Harm.* maiori ex parte accedit; præsertim quod multo facilius est, nec auctoritate destituitur.

Pariter Kesre Erpenio semper est I, simplex quidem, si absolute scribitur; circumflexum & productum, si cum quiescentie ي coniungitur, quod improbant Maronitæ p. 18. *Gram. Arab.* Sed ab Erpenii partibus plures stant, etiam Edmundus Castellus, Anglorum facile doctissimus.

Ad *Diphthongos* quod attinet, apud plurimos Grammaticos altum de illis silentium est: quidam aliquid analogum Diphthongis admittunt in ي ai, & و au, vt عَدَّ *alai*, يوم *iammon*, quod doctrinæ & methodo non mediocriter inleruit. Interim plurimi contendunt v. g. رَمَى *ramai* non *ramai*, &c. legendum esse.

## Nunnatio Vocalium.

Ad ultimas dictionum literas geminatae vocales hoc modo  $\overset{=}{\text{a}}$   $\overset{=}{\text{o}}$   $\overset{=}{\text{i}}$  nunnantur, seu valent *an, on, in*, sed primæ (nisi consonans eius sit  $\text{ä}$  aut  $\text{e}$ ) postponitur semper  $\text{f}$ , sine villo soni augmento, hoc modo:  $\overset{=}{\text{b}}$  *ban*, & sic quoque ي ei postpositum instar  $\text{f}$  quiescit, vt هَدَى *Hudan*.

## Notæ Orthographicae.

Sunt Hamza

Wesla

Medda

Giesma vel

Tesdid

*Hamza* est nota literæ Elif mobilis, vel absentis, argu-

arguitque, Elif esse radicale, ideoque mobile, vt <sup>ع</sup>ان <sup>م</sup>من &c. Si literis و ي superferibitur, notat illas pro Elif mobili positas esse.

*Wesla* est nota Elif initialis quiescentis ita, vt sequens consona Giesmata cum præcedentis vocis Vocali vltima vniri debeat, v. g. <sup>ك</sup>قلب <sup>ل</sup>ال <sup>ك</sup>ك Kalbo-Imeliki, cor regis. Ponitur autem Wesla potissimum super ا Articuli, Pronominis <sup>الذي</sup>qui, & certorum Nominum, <sup>الله</sup>Deus, <sup>ابن</sup>filius, <sup>اسم</sup>nomen &c. & super ا initiale Verborum Polyfyllaborum Aëtiuorum &c.

*Medda*, apponitur <sup>و</sup>Elif quiescenti ante Hamza, idque producit; etiam loco Elif impliciti; & super abbreviaturas, vt <sup>سما</sup>سما <sup>ع</sup>عælum, <sup>هأدا</sup>هأدا pro <sup>هأدا</sup>هأدا, <sup>هأدا</sup>هأدا, <sup>هأدا</sup>هأدا &c.

*Giesma* nota est syllabæ compositæ, perinde ac Scheua quiescens apud Ebræos; omnibusque literis superaddi potest. Quiescentibus autem و ي ا minus bene appingitur, nisi radicales sint & natura sua mobiles.

*Tesdid* est nota duplicatæ literæ, instar Ebræorum Dagesch Fortis. Estque vel *Necessarium*, quod adscribitur literæ immediate ante se vocalem habenti, v. g. <sup>م</sup>م <sup>م</sup>م &c. vel *Euphonicum*, cuius litera ante se habet consonam Vocali destitutam, quæ ob id inter legendum perit, inque eius locum altera pars geminatæ succedit: idque fit ab initio post Nun

Giesmatum, vel in Vocali Nunnata latens, vt <sup>م</sup>من <sup>م</sup>م <sup>م</sup>م  
mirrabihi, a domino suo, <sup>م</sup>قلب <sup>م</sup>مطهر Kalbom-mutahharon,  
cor mundum: vel literæ <sup>ن</sup>mediæ aut finali post و imponitur,  
indeque vocatur *Deltale*; aut literæ Solari post Articulum <sup>ا</sup>ال  
adscribitur, cuius <sup>و</sup>tonum suum sequenti Tesdidatæ cedit.  
e. g. <sup>و</sup>ولدت <sup>ا</sup>والدت <sup>ا</sup>Arabbo, & hoc vocant Tesdid  
Lam-

*Lambdae.* Superfcribitur autem Tefdid omnibus literis: Erpenins & Maronitæ Elif excipiant; sed Castellus *col. 5. Gram. Harm.* ne Elif quidem excipiendum esse ceniet.

## Tonus & Diftinctio.

Tonus nunquam est in vltima: Difyllaba attollunt priorem; Polyfyllaba antepenultimam, nifi penultima producatur per quiefcentes *أ و ي*, aut per Tefdid, vel Giefma, vel Medda: tunc enim accentus penultimam occupat.

Elif, productionis nota interdum excidit, & in accurate scriptis libris perpendicularare Fatha id fignificat, v.g.

*عُتْمَانُ* Otmâno, Otmannus, *رَحْمَانٌ* rehmânnon, *mifericors*; *زَمَانٌ* Zamânon, *tempus*; *سَلَامٌ* falâmon, *pax* &c.

Dictionum per Elif Vnionis coniunctorum, vltima folum attenditur, vt *بِسْمِ اللّٰهِ* *bismi-llahi*.

In difyllabis etiam quantitatis & accentus ratio habenda, nec producta Vocalis cum breui confundenda, v.g. *مَاتٌ* *mâta*, *mortuus est*: at *مَاتِي* *mâta*, *quando*.

*Distinctiones* Arabibus sunt variae, nempe præter punctum crassum rubrum, quo frequentissime in MSTis vtuntur, habent etiam *◌◌*, *◌◌◌*, *◌◌◌◌*, *◌◌◌◌◌*, *◌◌◌◌◌◌* &c. iisque cum maiores, tum minores incisiones, si opus est, fignificant.

## Articulus.

Articulus *أ* Nominibus Appellatiuis additur, & quidem in vtroque tum Numero, tum Genere, cum restringenda sunt & ad certum quid determinanda: atque sic respondet Ebræorum *He Emphatico*. Quod si vox incipit a Solari, supra p. 3. diximus, pronunciationem *تس* *س* in illam mutari, & *ل* suum Vocalem abiicere, & cum præcedentis dictionis Vo-

Vocali vltima legi, etiamſi quieſcentes وى وى (in fine præcedentis vocis) præceſſerint.

Lam huius Articuli ſæpe abiicitur ſequentē alio Lam initiali radicali: at præcedente Lam Datiui notâ, abiicitur Elif Articuli v.g. نَوَيْلٌ *nox*, لَيْلٌ *nocti*, لَيْلَهُ *Deo*, in qua vltima voce Articulus prorsus excidit.

Elif Radicale poſt Articulum interdum compendii cauſa, in voce per ſe nota, abiicitur, vt اللَّهُ *Deus*.

Neque ſtatus Conſtructionis, (*Regiminis*) neque Suffixionis, Articulum admittit. e. g. عَبْدُ اللَّهِ *ſeruus Dei*, عَبْدُهُ *ſeruus eius*.

## Nomen.

Nomen *auctum* differt a *nudo* per literas ſeruiles, & quidem ab initio ت, م, س, quæ vltima nunquam ſola ſeruit, ſed additâ ſociâ ad normam Coniugationis Decimæ: in fine ي: in principio و fine ا & ن.

GENVS eſt vel *Maſculinum*, quod per ſe patet: vel *Fœmininum*, quod partim *ſignificatione*, vt Nomina mulierum, regionum, urbium, geminatorum membrorum (يَدٌ *manus*, عَيْنٌ *oculus* &c.) partim *terminatione* ſeruili ة cognoscitur, quæ Maſculinæ formæ, nulla mutatione facta, affigitur, vt رَجُلٌ *vir*, رَجُلَةٌ *virago*, mulier: طَيِّبٌ *bonus*, طَيِّبَةٌ *bona*.

Etiam quæ terminantur in ا Elif ſeruile: aut in ب ſeruile inſtar Elif quieſcens, Fœminina ſunt, & alia quædam م vſu cognoscenda, vt اَرْضٌ *terra*, خَمْرٌ *vinum*, بَيْتٌ *puteus*, نَارٌ *ignis*, نَفْسٌ *anima*, سُلْمٌ *ſol*, &c.

NUMERVS Sing. (in Nominatiuo) in ا plerumq; deſinit;

B

Du-

*Dualis* in **أني** ani : *Pluralis formæ sane* (perfectorum & regularium) in Masc. est **ون**, in Fœm. **أت** : *Formæ fractæ* (imperfectorum) *Pluralis* potius ex Lexicis discendus est, quam ex Regulis, id quod maxime de trilateralibus intelligendum, quibus XXII. modos Plurales attribuit Erpenius: quadrilatera autem Nomina Elif quiescens assumunt post secundam litteram, & secundum Vocales fiunt formæ.

**مَدْأخِلٌ** *vestibula.*

CASVS sunt tres, *Nominatiuus, Genitiuus, & Accusatiuus*: nam Datiuus & Ablatiuus sub Genitiuo latent.

*Singularis* in Nominatiuo **أ** habet, in Genitiuo **ئ**, in Accusatiuo **ئ**.

*Dualis* in Nom. **أَنْ**, in Gen. & Accus. **يَنْ**.

*Pluralis* Sæpius Masc. in Nom. est **ون**, in Gen. & Accus.

**يَنْ** : Fœm. in Nom. **أت** : in Gen. & Acc. **ئ**.

*Vocatiuus* (sine Pronomine *mi, meus*) per Accusatiuum concipitur: aut in Nominibus Propriis, & Appellatiuis Articulo determinatis, per Nominatiuum: quandoque etiam, extra Articulum, per Nominatiuum, at absque Nun Vocali. Dignoscitur autem ex Interiectione **يَا**.

NVNNATIO abiicitur manente Vocali,

1. Si vox habet Articulum **أل** præfixum.

2. Si sequens vox Articulum habet.

3. Si Vox in Regimine ponitur.

4. Propter Suffixa, vt **كِتَابُهُ** *liber eius.*

5. Si ex Nominatiuo fit Vocatiuus, vt **يَا رَبِّ**  
*o Domine.*

Hæc de Nominibus, quæ *Variabilia* vocantur: sunt & alia  
*Inua-*

*Inuariabilia*, quæ Nunnationem non admittunt, & in Nominatio vtriusque Numeri in Damma; in Gen. & Accus. in Fatha definunt, vt **عَثْمَانُ** *Otomannus*, **عَثْمَانِ** *Otomanni*, *Otomanno*, *Otomannum*. **مَسَاجِدُ** *templa*, **مَسَاجِدِ** *templorum*, *templis*, *templis*.

Sunt autem *Inuariabilia* Nomina (1) Adiectiua Positiua & Comparatiua formæ **أَفْعَلُ**, vt **أَحْمَرُ** *ruber*, **أَكْبَرُ** *maior*, *maximus*. (2) Adiectiua terminata in **أَنْ** seruiile, quæ Fœmininum non formant in *ë*, vt **عَظِيمَانِ** *iratus*, **عَظِيمِي** *irata*. (3) Terminata Elif seruili, vel **يِ** seruili quiescente instar Elif, vt **صَفْرَاءُ** *flaua*, **ذِكْرِي** *recordatio*. (4.) Nomina Propria plurima, vt **يَعْقُوبُ** *Iacob*, **قِرْنُوسُ** *adifus*, &c.

REGIMEN seu vox constructa abiicit Nun, & si est Casuale, (idest, **ـَ** **ـِ** **ـُ**) manet Vocalis A, I, O: si consonans (nempe **ر**) simul Vocalis eius perit, v. g. **كِتَابُ مُوسَى** *liber Mosi*: **بَنُو اللَّهِ** *filii Dei*, ex plur. **بَنُونَ** *filii*.

Quamuis autem in priore Constructionis voce sic satis signent Arabes, vt Regimen intelligi possit: tamen sequentem vocem simul in Genitio Casu efferunt. Tria Nomina, **أَبٌ** *pater*, **أَخٌ** *frater*, **حَمٌ** *socer*, quiescentem assumunt, in Nominatio quidem **و**, in Genitio **يِ**, in Accusatio **ا**. e. g. **مِنْ أَبِي دَاوُدَ** *is est pater Davidis*: **هُوَ أَبُو دَاوُدَ** *vidi patrem Davidis*.

COMPARATIO fit a Positio, **أ** præfixo, & super primam Radicalem Giesma scripto: terminatio est Damma. Superlatius est ipse Comparatiuus, sed absolutus; at Comparatiuum

uam vim habet, si particula **مِنْ** (۱۵) *præ*, sequatur. vt  
**أَعْظَمُ** *maximus*: **مِنْ أَلْمَلِكِ** *maior rege.*

## Præfixa.

- أ *interrogantis, & vocantis,*  
 ب *in, cum, per: etiam* **πλεονέξ**.  
 ت *cum nomine Dei iurandi vim habet.*  
 ث *post, Futurorum proprium.*  
 ج *ac, dein: cum Imperatiuo igitur: sæpè etiam redundat.*  
 ح *sicut, instar.*  
 د *Dativi nota: item propter, ad: aut est Conuersiuum*  
*Præteriti in Optatiuum &c.*  
 و *et, etiam: cum Præpositio, regens Accusatiuum.*

## Suffixa.

Ego, MEVS **أَنَا** (verbale **أَنَا**)

TV, TVVS { Mafc. **أَنَا**  
 Fœm. **أَنَا**

ILLE, SVVS { Mafc. **أَنَا**  
 Fœm. **أَنَا**

NOS NOSTER **أَنَا**

VOS, VESTER { Mafc. **أَنَا**  
 Fœm. **أَنَا**

ILLI, SVVS { Mafc. **أَنَا**  
 Fœm. **أَنَا**

Mo

Bibliothek der  
 Deutschen  
 Morgenländischen  
 Gesellschaft



## Modus Suffigendi.

1. Arabes inter Suffixa *Nominalia* & *Verbalia* non distinguunt, excepta I. Persona Sing. quæ in Nominibus **ي**, in Verbis **ي** postulat. Ceterarum Personarum Suffixa, supra recensita, Nominibus & Verbis sunt communia.
2. Omnia Suffixa simpliciter affiguntur sine peculiari glutine, excepto **ي** I. Personæ Sing. quod Kefre in præcedente litera requirit.
3. Kefre ante **ي** mutatur in Fatha super **ي**, si hoc affigendum est terminantibus in **ا** **و** **ي** Vocali destitutas. vt **خَطَايَا** peccata, **خَطَايَايَ** peccata mea.
4. Nun Casuale tollitur ante Suffixum: vt **كَتَابُهُ** liber eius: etiam Vocale Pluralium Sanorum, vt **بَنُوكَ** filii tui.
5. s̄ Foemina terminatio propter Suffixa mutatur in **ت**, vt **أَمِيَّتُكَ** amita, **أَمِيَّتُكَ** amita tua. **صَلَاتِي** precatio mea.
6. Elif finale otiosum post **و** seruire tollitur in suffixione, vt **حَارَبُونِي** oppugnavunt me.
7. Terminatio Verbalis 2. Plur. Præt. **تُمْ** assumit **و** ante Suffixa.
8. **ة** & **ة** Damma in Kefre mutant ob antecedens vel Kefre, vel **ي** Vocali destitutum. vt **مِنْ رَبِّي** a Domino suo, **فِيهِ** in eo, **عَلَيْهِ** super eo.
9. **أَب** pater, **أَخ** frater, **حَم** socer, ante suffixa quiescentem assumunt, in Nominatiuo **و**, in Gen. **ي**, in Accus. **ا**, vt **أَبِي** pater tuus. Excipe primam personam Sing. **أَبِي** pater meus, quæ regularis est.

## Pronomina Separata.

## I. PERSONALIA

Ego أَنَا	Nos نَحْنُ
Tv { M. أَنْتَ F. أَنْتِ	Vos { M. أَنْتُمْ F. أَنْتُنَّ
ILLE هُوَ	ILLI هُمْ (connex. هم)
ILLA هِيَ	ILLÆ هُنَّ

II. DEMONSTRATIVA *hic* (هَـ) & *hic* (هَـ) : etiam  
 ت pro ن in his habent. Remote si demonstrat, Kes additur,  
 vt *ille* (ذَا كَ) &c, cui saepe *Lam Kesratum* interponitur, vt  
 ذَا كَ &c.

III. RELATIVVM est Masc. Sing. *Qui* (الَّذِي) : Fœmini-  
 num ن in ت mutat : Habet etiam Pluralem Sanum.

IV. INTERROGATIVA personæ *Quis?* (مَنْ) rei, مَا  
*Quid?* quæ etiam Relatiue significant *is qui, id quod.*

\* *Possessiva* per suffixa Inseparabilia significantur : *Reciproca*  
 per نَفْسِ anima, sicut apud Syros.

## Verbum.

Coniugationes sunt XIII. Actiuæ, & totidem Passiuæ. Pri-  
 ma *Phâala* simplicissima est, habens tria Fatha, (interdum me-  
 dia Vocalis est Kesre, rarius Damma) & secundum hanc om-  
 nes reliquæ Coniugationes, tum Actiuæ, tum Passiuæ, fle-  
 ctuntur, ita vt in numero minime sit crux tironibus figenda.  
 Reliquæ XII. distribuuntur in tres classes, quarum *prima*  
 vnum characterem (i. e. literam seruilem, vel Tefdid) addit  
 Radici : *secunda* duos : *tertia* tres.

Non

Non autem omnes Coniugationes sunt eiusdem necessitatis. Notentur itaque præ ceteris

I.	quæ קָ Kal respondet,	Pháala
II.	(Piel vel Paël)	Pháala
IV.	(Hiphil, Aphel)	Aphála.

quibus *Quintam* addo, quæ וּ præponit Coniugationi Secundæ: & *septimam*, quæ syllabam וּ præponit Primæ Coniugationi: & *Octavam*, quæ אַ præponit, ac inter primam & secundam Radicalem וּ interponit. Reliquæ sunt inusitatior. Quadrilitera Verba ad Coniugationem I aut V. &c. referri possunt.

### FORMATIO PRÆTERITI.

Addit Sing.

Plur.

3. F. תָּ

3. M. וּא F. וָ

2. M. תָּ

2. M. תָּ F. תָּ

1. C. תָּ

1. C. תָּ

\* Giesma in 2. & 1. Personis arguit absentiam Vocalis in tertia Radicali. Conucnit itaque cum Ebræo, nisi quod

pro 1. Sing. תָּ est תָּ: pro 1. Plur. תָּ, est Chaldaice תָּ:

pro 2. Plur. תָּ &c. Dualem Verborum Numerum, quod rarior est, nunc præterimus. Exemplum, exclusis Femininis Personis, sit hocce:

Sing. 3. فَعَلَ

Plur. فَعَلُوا

2. فَعَلْتِ

فَعَلْتُمْ

1. فَعَلْتُ

فَعَلْنَا

### FVTVRVM.

Literæ פָּ Formative heic sunt eadem, quæ apud Ebræos & singulæ habent Fatha, exceptis II. & IV. Coniugationibus,

vt

vt & Passivis, in quibus est Damma. Personæ, quæ agmen-  
tum finale non admittunt (Sing. I. & III. & II. Masc. & I. Plur.)  
ultima Radicali Damna apponunt in omnibus Coniugatio-  
nibus: mediæ itidem in I. Coniug. Damma, si ea in Præterito  
Damma habuit: si Kefrata fuit in Præterito, Fatha in Futuro  
accipit, quod itidem fit propter mediam vel ultimam Guttu-  
ralem: si denique Fatha fuit in media Præteriti, Futurum vel  
Damma vel Kefre habet, quod ex usu obseruandum est, & ex  
Lexico Goliano, accuratissime mediam Futuri in singulis Ra-  
dicibus determinante. Typus autem Futuri in Masc. & Com-  
munibus Personis est eiusmodi:

Sing.	أَكْتُبُ	1.	Plur.	تَكْتُبُ
	تَكْتُبُ	2.		تَكْتُبُونَ
	يَكْتُبُ	3.		يَكْتُبُونَ

Fœmininum addit 2, Sing. رَيْنُ, 2. & 3. Plur. رَيْنِ, præce-  
dente Giesma, in quod Vocalis tertiæ Radicalis mutatur:  
3. Sing. a Masc. differt sola formatiua تِ, sicut apud Ebræos.

In reliquis Coniugationibus media Radicalis habet Kefre,  
exceptis V. VI. IX. XI, quæ Fatha postulant, &c.

### IMPERATIVVS.

II. & IV. Coniugatio hoc loco est Syro-Chaldaea, nempe  
in II. (Paël) فَعَّدُ فَعَّدُ. In IV. (Aphel) أَفْعِدُ أَفْعِدُ

&c. At in I. Coniugatione præmittitur Vnionis cum Kefre: nisi  
in penultima (quæ talis semper est, qualis in Futuro) sit Dam-  
ma: tunc enim & Elif Damma habet; sed prima & ultima se-  
per Giesma. Cadit vero Imperatiui, si prima Radicalis Vo-  
calem accipit, vt مَدَّ *extende.* قُلْ *dic.*

Augmentâ Finalia Fœminina & Pluralis Numeri sunt ea-  
dem, quæ apud ceteros Orientales, 1, U, Na, e. g. أَسْمِعْ

andi, <sup>أَنْصُرُو</sup> *anua. أَشْكُرُوا* *gratias agite, &c. Nulla heic*  
*Vocales propter Augmentum consequens mutantur.*

**PARTICIPIVM.**

Participia omnia habent Formatiuam initialem *و*, per  
Damma præfixam, & desinunt in *ة*, excepto Participio I.  
Coniugationis, quod Chaldaeos æmulatur, in super Tanvin seu  
Nunnatione assumta. v. g. I. <sup>فَاعِلٌ</sup>. II. <sup>مُنْتَصِرٌ</sup>. IV. <sup>مُنْتَصِرٌ</sup>

**INFINITIVVS.**

Infinitiuus Arabum potius Nomen Verbale est, & quidem  
Accusandi Casus, quam Verbum: estque vel Transitiuorum,  
formæ <sup>فَعَلًا</sup>; vel Intransitiuorum, quæ iterum sunt duplicis  
Generis. Si enim media Præteriti Fathata fuit, Infinitiuus fit  
formæ <sup>فَعُولًا</sup> *sedere*: sin Dammata; formæ <sup>فَعُولَةً</sup> *facilem*  
*esse*: si denique Kefrata; fit formæ <sup>فَرِحًا</sup> *gaudere*. Irregu-  
lares formæ sunt XXVII. plurimæ tamen in *أ* vel *و* finitæ.

**PASSIVÆ Coniugationes.**

Passiuum. IX. & XI. Coniugationes non agnoscunt: differt  
ab Actiuo solis Vocalibus punctijs. Nam in vsitatoribus, I.  
II. IV. &c. prima Præteriti Damma, secunda Kesre habet:  
terminatione conueniunt cum Actiuis, vt & flexione: Fu-  
turi media Fatha habet, & Fatha formatiuarum <sup>الذِينَ</sup> in  
Damma mutatur: in reliquis Præteritis duæ priores Syllabæ  
Damma habent: Futurorum eadem ratio, quæ in superiori-  
bus: Participia a Futuris ducuntur, formatiuus <sup>الذِينَ</sup> in *و*  
conuersis, quod in I. Fatha, in reliquis Damma habet. v. g.

I. (Niphal)	Præt.	<sup>فُعِلَ</sup>	Fut.	<sup>يُفْعَلُ</sup>
II. (Püal)		<sup>فُعِلَ</sup>		<sup>يُفْعَلُ</sup>
IV. (Hophal)		<sup>أُفْعِلَ</sup>		<sup>يُفْعَلُ</sup>

C Va-



## Variatio Futuri.

- I. *Apocopen* Futura patiuntur, (id est, Dam ultimæ, & seruientes in fine **يُون** abiiciunt). Giesma ultimæ Radicali imposito, propter præcedentes Particulas **لَمْ** non, **لَا** ne, **لِ** imperatiuum, **إِنْ** si, **مَنْ** quicumque, **مَا** quidquid &c.
- II. *Antithesis* (id est, mutatio  $\int$  Damma tertiæ Radicalis in Fatha) inducitur a Particulis **كَيْ**, **أَنْ** nequaquam, **كَيْ**, **كَيْ** & **لِ** Vi, Coniunctione Causæ Finalis, &c.
- III. *Paragoge* adiicit Futuro Fathatum Nun cum Tefdid; aut Nun Giesmatum. Tum Damma tertiæ Radicalis in Fatha mutatur, & seruiles **و** & **ي** excidunt. Vfus huius Paragoges est in præceptionibus, votis, interrogationibus; &c.
- \* Legem de transpositione sibilantium Arabes non habent, nisi analogice, dum in VIII. Coniugatione **ع**epen, theticum mutatur in **ط**, si prima Radicalis est **ظ** **ظ** **ظ** **ظ**; aut in **و**, si prima Radicalis **ز** **ز** **ز** **ز** fuit.

## Verba Anomala.

Περίφρασις.

Literæ quiescentes **أ** **و** **ي** varie tam in Nominibus, quam in Verbis permutantur secundum hos Canones:

- I. *Elif, Wau, Fe* Vocalibus destitutæ post Vocales heterogeneas iis fiunt homogeneæ, vt **بِئْسَ** ex **بِئْسَ** putens, **نَارٌ** ex **نَارٌ** ignis, &c.
- II. *Elif, Wau, Fe* in principio dictionis; & post Giesma in medio aut fine, non mutantur.
- III. *Elif, Wau, Fe* quiescentes, sequente Giesma, excidunt: vt **يَتَمُّ** pro **يَتَمُّ** &c. Excipitur Elif Vnionis.

Ca-

## Canones Speciales de Elif.

- I. *Elif* in medio dictionis mobile per *Damma* vel *Kesre*; aut per *Fatha* post *Damma* vel *Kesre*, mutatur in literam iis homogeneam, id est, in *Wau* vel *Je*.
  - II. *Elif* mobile in fine dictionis Post *Damma* (aut post *Fatha*, si *Elif* mobile per *Damma* fuit) in **و**: post *Kesre* (aut post *Fatha*, si **ا** mobile fuit per *Kesre*) in **ي** mutatur.
  - III. *Eliph* mobile, post aliud *Eliph* aut *Giesina*, excidit, & Hamza eius locum sūbit. vt **يَسْأَلُ** aqua, **يَسْأَلُ** interrogabit.
  - IV. *Elif* quiescens post *Elif* Fathatum excidit, defectu per *Medda*, vel perpendiculararem situm **ر** & *Fatha*, significato.
- \*Nota: Particulæ inseparabiles **ا ب ف ك ل م** non censentur *Elif* in *medium* collocare.

## Canones de Wau.

- I. *Wau* seruale in fine adsciscit *Elif* otiosum.
- II. *Wau* Giesmatum post *Kesre* in **ي** mutatur: vt **قَبِلَ** pro **قَوَّلَ**.
- III. *Wau* in medio, habens post se aliud **و** quiescens, id expellit. vt **قَرَوُا** legerunt, pro **قَرَوُوا**.
- IV. *Wau* finale post *Fatha*, si tertia dictionis litera, in **ا**; si quarta aut vltior, in **ي** quiescens mutatur.
- V. *Wau* finale post *Kesre* in *Je* mutatur.

## Canones de Je.

- I. *Je* Giesmatum post *Damma* mutatur in *Wau*.
- II. *Je* finale conuertitur in **ي**. vt **عَلَيَّ** super me.
- III. *Je* finale post *Fatha* nequit moueri, sed abiecta sua Vocali, & reiecto ad *Fatha* *Nun* Vocali, si quod adsit, instar *Elif* quiescit. vt **رَمِي** rama, pro **رَمِي**: **رَمِي** via.

IV.

IV. *Je* finale post *Kesre* non fert *Damma* vel *Kesre*, sed  
iis, vna cum *Nun*, si quod habent, abiectis, quiescit.  
vt *يَرْمِي* *iaciet*, pro *يَرْمِي*: *أَيْدِي* *manus*.

### Canones de *Wau* & *Je*.

- I. *Wau* & *Je* post *Fatha* saepe manent adscripto *Giesma*; aut  
sine eo instar *Elif* quiescunt. vt *يَوْم* *iaumon*, *رَمَاهُ*  
*ramabo*.
- II. *Wau* & *Je* ita concurrentibus, vt prior *Vocalem* non habe-  
at, mutatur *Wau* in *Je*; & duo *Je* per *Tesdid* coalescunt.  
vt *أَيَّام* pro *أَيَّام* *dies*.
- III. *Wau* & *Je* finales post *Elif* seruire, in *Hamza* mutantur,  
vt *كَسَاء* *nates*, pro *كَسَاو*.

### Jam sequuntur Verba Anomala

#### DEFECTIVA.

*Defectiva* Arabibus sunt sola *Geminata*, quae his *SVRDA*  
vocantur, quia ex duabus similibus auditur tantum altera.  
Horum formatio est talis:

Media *Radicalis* in *Leuibus* *Coniugationibus* abicitur, &  
per *Tesdid* compensatur: manet vero, si *tertia* fuerit *Giesma*-  
ta: & tunc omnia sunt perfecta. Graues quoque, hoc est,  
*Tesdidata* *Coniugationes*, regulares sunt. e. g. *تَرَجَّسَ* *terigit*,  
*لَمْ يَمَسَّ* *range* (vbi *Fatha* propter *Tesdid* assumitur) *لَمْ يَمَسَّ*  
*nontanger*, *تَرَجَّسَ* *comminuit*.

#### HAMZATA VERBA.

*HAMZATA* sunt, quorum aliqua *Radicalis* est *Hamza* siue  
*Elif* mobile: suntque Verba *نَه*, *نَه*, *نَه*.

De



De *Hamzatis Phe* (نہ) præter regulas de quiescentium  
 Permutatione supra datas, non est, quod moneamus.  
 v. g. *أَتَمَّ* excelluit, *أَيْتَمَّ* excelle, (Reg. I. General.) *أَتَمَّ*  
*excellens* (Reg. 4. Elif.) &c.

*Hamzata Ain & Lam* eandem rationem sequuntur: raro  
 Hamzata Ain more Quiescentium Vocalem mediâ abiiciunt,  
 vt *سَال*, (pro *سَال*) *سَل*, *يَسَل* rogavit, roga, rogabit.

### QUIESCENTIA primâ و vel ب

Quæ primam habent Wau, si secunda Futuri habeat Kesre  
 (quod fit plerumque ob Kesre secundæ in Præterito) Wau ei-  
 ciunt ex Fut. I. Coniugationis: in ceteris sunt regularia.

Quorum prima est Je, illud Giesmatum præcedente Dam-  
 ma in Wau mutant, Vid. Reg. 1. de Je.

### VERBA CONCAVA.

Concava sunt quæ mediam habent quiescentem و vel  
 ب. id est, و & ب.

In Præteriti tertiis personis و & ي in Elif, in Fatha qui-  
 escens, mutantur: in ceteris personis exclusâ mediâ, primâ  
 assumit Vocalem exclusâ homogeneam v. g. *قُلْتُ قَال*  
*dixit, dixisti* &c. *بِعْتُ بَاع* vendidit, vendidi.

Futurum retinet mediam, sed quiescentem in Vocali ho-  
 mogenea, vt *يَكُونُ* erit, *يَقُولُ* dicet, *يَبِيعُ* vendet.

Imperatiuus abiicit mediam, & formatiuum Elif, assumitque  
 Vocalem abiectæ conformem. e. g. *قُلْ* dic, *بِعْ* vende.

Participium I. Coniug. præter s, productionis notam, me-  
 diam

diam utrobique facit **ي** cum Kefre. vt **مَائِيَّتْ** *moriens*, **بَائِعُونَ** *vendentes*.

*Passivum* Præteritum utrobique habet in tertia persona **ي** in Kefre quiescens; in ceteris nudum Kefre cum Giesma, vt **قِيلَ** *dictus est*, **قُلْتُ** *dictus es*: **بِعْتُ** *emptus est*, *es* &c. Futurum mediam mutat in **ا** quiescens, vt **يُقَالُ** *dicetur*, **يُبَاعُ** *vendetur*.

### Verba Lam Wau & Je.

Wau Radicis i. e. 3. Præt. Masc. (nam 3. Fœm. prorsus abiicit) in Elif quiescens (Reg. IV. Wau) mutatur: in ceteris personis Giesmatur: in Futuro quiescit in Damma, vt **غَنَّا** *pugnauit* (ex **غَرَوُ**) **غَرَوْتُ** *pugnavi*, **يَغْرُونَ** *pugnabit*; **غَالِرٌ** *pugnans* (Reg. Wau 5. & Je 4.) pro **غَارُو** &c.

Je manet in Præterito & Futuro, ibi in Fatha; heic in Kefre quiescens Imperatiuus & Participium illud abiiciunt, vt **اِرْمِ** *iace*, **اِرْمِ** *iaciens*.

### Mutatio Vocalium.

Sicut pauciores Vocales Arabia habet, quam cetera Orientalis prouinciæ: ita nec curiosa est circa mutationem earundem. Potissima cura hoc loco est circa *Elif Vnionis*, cuius naturam supra p. 5. in *Wesla* descripsimus. Nunc de Vocalibus addendum:

1. Si vox definit in Giesma, sequente Elif Vnionis mutatur

Giesma in Kefre. e. g. **إِنَّ الْحَكْمَ إِلَّا لِلَّهِ** *non est sa-*

pi-

piencia, nisi Deo. Excipitur Præpositio مِنْ *A*, Ex, quæ  
Fatha; & Suffixa هُ & كُمْ, & terminatio Verbalis ذِمٌّ,  
quæ Damma postulant: vt اَللّٰهُ مِنْ *a Deo*: Non autem  
hoc valet in Particulis feruilibus. Dico enim هُمٌّ *ex*  
*illis* &c.

2. Elif Vnionis post Præfixa sæpe excidit. vt هُمٌّ *in nomi-*  
*ne*, ab هُمٌّ *nomen*.
  3. ه & هُ Suffixa, Damma in Kesre mutant ob antecédens  
Kesre vel ي quiescens. Vidé supra p. II. e. g.  
يُنزِكُهُمْ *mundabis eos*.
  4. Damma finale Futuri mutatur sæpe in Fatha, diciturque  
tunc Futurum *Nasabatum*: mutatio autem ipsa vocatur  
Futuri *antithesis*, de qua supra p. 16. actum est.
  4. Incrementum Verborum terminale mutat vltimæ Radi-  
calis Vocalem: nempe in Gielma, si incrementum est li-  
tera mobilis; in analogam Vocalem, si illud est quiescens,  
aut a quiescente incipit. *Vide Paradigmata*.
- † Quæ de abiectione Nunnationis huc referenda essent, supra  
p. 8. declarata sunt.

## Particulæ

ADVERBIA: حَيْثُ *ubi*, *ubique*, مَتَى *quan-*  
*do*, ذُمَّ *deinde*, لَمَّا *quum*, *postquam*, بَعْدَ *postea*, قَبْلَ  
*iam*, *ante*, اِنَّا *quum Futuri*, *si*, هَا *ecce*, لَا *non*, *ne*  
*prohibitionis*, لَمْ *non*, اَمْ *an*, *num*, لَمَّا & لَمَّا  
*quare*, فَقط *solum*, لَيْتَ *utinam*, لَعَلَّ *forsan*, كَأَنَّ *sic-*  
*ut*

ut &c. Exprimuntur etiam Aduerbia per Accusatiuos No-  
minum.

CONIUNCTIONES **أَوْ**, aut, **بَلْ** sed, at vero, **لَاكْرَهَ**  
sed, **إِنَّ** nam, **أَنَّ** quod, **أَنَّ** quia, quod, **كَيْ**,  
ut, **إِن** si, **إِلَّا** nisi &c.

PRÆPOSITIONES: **عِن**, A, ex, **إِلَى** ad, **فِي** in, **عَلَى**  
super, de, **مَعَ** cum, **بَيْنَ** inter, **قَبْلَ** ante, **عَبْرَ** præter,  
(quo Adiectiua negatiua describunt, vt **عَبْرَ** **مَكِيلٍ**  
imperfectus.) **لَدَى** apud, &c.

## Syntaxis.

1. Verba Substantiua **كَانَ** fuit, **لَيْسَ** non est, &c.  
habent post se Accusatiuum: etiam Genitiuum cum **بِ**,  
licet Verbum Substantiuum explicite non adsit. e. gr.  
**اللَّهُ بِتَعَدٍ** Deus est in potente, i. e. potens.
2. Participia; quæ statum aut gestum significant, in Accusati-  
uo efferuntur.
3. Numeri Cardinales ratione Regiminis sunt Substantiua, &  
a 3 ad 10 regunt numeratum in Genitiuo; a 10 ad 100 in  
Accusatiuo.
4. Accusatiuus nudus sæpe significat respectu, secundum,  
quoad.
5. Præpositiones, tam separatae, quam inseparabiles, regunt  
Genitiuum. Exceptiuae etiam Accusatiuum, sicut etiam **و**  
cum, de qua supra p. 10. dictum est.
6. Particulae varie coalescunt non tantum ex Præfixis & Suffi-  
xis, sed etiam ex aliis per crasin, v. **أَنْتِي** nam ego, **أَنْتِي**  
quod ego. **أَنْتَا** utique nos &c.

Pag. 12. lin. 19. post *totidem* adde *tere*.

F I N I S.





D: Le 316

ULB Halle

3/1

000 870 927



